Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



170

Numquid iniquus est deus qui inferat iram Hominem hoc
dico absit alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum
Si enim veritas dei in meo mendacio habundavit in gloriam
ipsius quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor
Et non sicut blasphemamur sicut aiunt quidam dicere faciamus
mala ut veniant bona Quorum damnatio iusta
est Quid ergo praecellimus eos nequaquam Causati enim
sumus iudeos et grecos omnes sub peccato esse sicut
scriptum est Quia non est iustus quisquam non est intelligens
non est requirens deum Omnes declinaverunt simul
inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque
ad unum Sepulchrum patens est guttur eorum linguis
suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum
Quorum os maledictione et amaritudine plenum est
Velociter pedes eorum ad effundendum sanguinem Contritio
et infelicitas in viis eorum et viam pacis non cognoverunt
non est timor dei ante oculos eorum Tu dominica
Tertia post Epiphaniam lectio ex prima epistola pauli ad Corinthios
Paulus apostolus vocatus xpi ihu per voluntatem
dei et sostenes frater eccle dei quae est corinthi
sanctificatis in xpo ihu vocatis sanctis cum omnibus qui
invocant nomen dni nri ihu xpi in omni loco ipsorum
et nro Gratia vobis et pax a deo meo semper
pro vobis in gratia dei quae data est vobis in xpo ihu quia
in omnibus divites facti estis in illo in omni verbo
et in omni scientia Tu
sicut testimonium
xpi confirmatum est in vobis ita nichil vobis
deest in ulla gratia expectantibus revelationem dni
nri ihu xpi fidelis deus per quem vocati estis
in societatem filii eius id est xpi dni nri Obsecro
autem vos fratres per nomen dni nri ihu xpi ut in
idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scissuras
sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia
Significatum est autem mihi de vobis fratres mei ab his
qui sunt cloes quia contentiones sunt inter vos hoc